

Salutem. Non subito ad vos famam esse perlatam de pacifica-
tionibus inter Philippum & Illyricam hic institutis. Qui vero scio
te cupere scire quid actum sit, summam epy hic delibabo tan-
tum, postea curabo, ut integra historia ad te perferatur. In-
itio postquam Illyricus a nostris secessit, non desit convitiis &
calumniis nostros conspergere, donec sibi aliquod nomen etiam
apud plebem faceret, nam illam primum studuit sibi concili-
are, erat plausible argumentum, Principes sunt capti, Caesar
in triumpho nos circumducit, Dux Mauritius leviter religio-
ne afficitur, ad nutum Caesaris perdet, Theologi sunt muti,
nec Casarem, nec ducem Mauritium offendere volunt, has et
hujusmodi voces initio mussitabant quidam, posteaquam vero Illyri-
cus asylum nactus est, cepit non quod dicunt, frigidam affundere,
sed ignem igni adiecit et velut de plaustro oneri genere horri-
bilium convitiarum cepit nostros deformare, idq; ut plurimum
falsis, confictis et scelerate exentis calumniis, sed ^{quas} ~~fontes~~
pervicant fabule, quam salubat nihil talium emisit. Ibi
primum cepit inclarescere, in ore omnium versari, tandem
aliquem emerisse, qui rursus veritatem oppressam in lucem
prodaret. His illecebris illecebris ulterius processit, et dogmata
quedam convellere coepit, utrum Logos sit persona subsistens
per se. utrum scriptura sacra ostendi possit Filium dei
appellari Logos. Hec et similia portenta meditari coepit
et ea tantum cum conjuratis sive conjunctis suis, ut in
mysteriis fieri solet, communicabat, sed accidit ut a quibusdam
pergerentur, ibi plures a partibus secesserant, tum veritas
Illyricus, ne solum in theatro relinqueretur explorandis et exsi-
bilandis, coepit tentare vias compositionis, et primum scribit

libellum prorsus hypocriticum, in quo proponit media pars
iusta atq; tolerabilia, ut ipse inquit, et quis non crederet ipsi
de sese testificant. Cuius haec non procedent, animum ad alia
artes appulit, perficit ut civitates Saxonicae huc mitterent
legatos viros honestos, doctos et pios, sed ipse tamen in angulo
latebat succenturiatus, ut suis praestis esset, sicubi langueret
animadverteret. Legati exerunt hoc, ut corruptela doctrinae
tollerentur, nostri assenserunt, et petiverunt sibi ostendi in qua
by et a quibus doctrina esset corrupta. Ibi post longa certamina
decurrunt eo, quod D. Major scripserit opera bona
esse necessaria ad salutem. Respondit Philippus, et si haec forma
loquendi, si recte intelligatur, possit in Ecclesia tolerari,
tamen quia est ambigua et interpretatione opus habet, se
eam nunquam usum esse, et se curaturum esse, ut in hac Ec-
clesia nunquam quisquam eam utatur: tamen se velle docere
opera bona, ut est vera poenitentia, vera invocatio, et reliqua
primae tabulae, etiam secundae tabulae opera necessaria esse
in credentibus, quod hic ordo immutatus sit in mente Divina,
ut rationalis creatura incipiat conformis esse creatori suo.
Cuius diu repetitum esset, et infecta discessum est.
Postea decurrit Illyricus ad Sacram anchoram et rursus
pacificationes tentat per viros Principes, qui huc suas legationes
miserunt, qui tantundem confecerunt; nam nihil de ex-
istimatione sua decedere vult Illyricus, cuius tot aberrantibus et
severatissimis falsis convitiis viros primarios profunderit
immeritissime, tamen vult, ut accepta plaga insuper illi agantur
gratia tanquam re praclare acta, id quod nunquam deo volente
fuit. Nunc transcurrit per humida et arida, quasit socios, peti-
git nova foedera, sed sero accidit illi, quod vulgo dicitur: Malum
consilium

consilium consultori pessimum. Hec volui ad te scribere, ne
 tui nos oblitus esse existimes, et precor, ut boni consulas, de
 ceteris rebus tui populares ad te scribent, quos ad benevolen-
 tia tua prosequaris vehementer peto. Bene vale. Vitebergæ
 die 25. Martij 1557. Ja. Milichius.

His diebus Magdenburgi edita est confessio πρῑπῑ εν̄ Χριστιανισμ̄ο
 que novos motus dabit, et incendium agrè sopitum rursus
 incendet. Deus misereatur nostri. Amen.

Inscriptio.

Conatissimo Viro D. Simoni Sulzhero Doctenti
 Evangelium Jesu Christi Basiled, Domino et
 Amico suo charissimo.

S. P. Illustrissime Princeps Clementissime Domine.

1241

Accipi Illustrissima Clementia Vestra literas hesternis die datas
 XIII. Martij. Placent mihi ea conditiones, quibus Illustrissima Vestra
 Clementia mihi hanc operam locare vult. Et quod de archivis
 ceterorum Principum scripsi: id non sensi de illis rebus, que privata
 sunt cuiusque consilii: sed que ab omnibus fieri possunt: et in historia
 non ignorari: ut conventus et collocationes publicæ: ut ducum nomi-
 na; militum numerus: quantus equitum, quantus pedum: ut strate-
 gicæ pugnae, locorum situs, acta quotidiana in iis locis, in quibus
 res geritur. Veluti in hoc motu Norico, et recuperatione Sitionis Mar-
 chionice: multa fieri possunt, que mihi difficile esset cognoscere.
 Statui enim quod ejus fieri potest: que in historicis requiruntur,
 ea omnia observare, ut nihil falsi audeam vera debeam scribere.
 gratia aut odii suspensionem vitare: rerum temporanij ordinem ser-
 vare: regiones et loca necessaria cognitu describere: de consiliis hominum
 occultis conjecturam facere: de apertis hominum iudicia et
 famam ponere: acta et eventa memorabilia nulla præterire: casus